

**R. P. Ferdinandi De Castro Palao, Legionensis Soc. Iesv,
Sacræ Theologiæ Professoris, Et sanctæ Inquisitionis
Qualificatoris & Consultoris; Operis Moralis, De Virtvtibvs,
Et Vitiis Contrariis, In ...**

De Censvris, In Qva Sex Dispvtationibvs De Poenis Ecclesiasticis, déque
Irregularitate fusè tractatur, cum Indicibus necessariis

**Castro Palao, Fernando de
Lugduni, 1669**

VII. Qualiter sententia suspensionis per appellationem suspendi possit.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76667](#)

nicas lunctiones, à qua non nisi per summum Pontificem potest liberari. Ita traditur in c. ad sententia excommunicata in 6. Atque ita tradit ut omnino certum Suar. disp. 2. sec. 2. n. 3. Filicetius tract. 17. cap. 10. quest. 9. num. 19.3. Sayus lib. 4. cap. 16. num. 30. Bonac. 1. de censor. disput. 3. punct. 4. num. 6.

6 Altera pars conclusionis negativa est, ob nullam aliam suspensionis violationis irregularitatem incurri, quia non habetur in iure, & irregularitas non incurrit nisi in causibus in iure expressis. Quapropter non incurrit irregularitas ob violationem suspensionis à iurisdictione precise, quia nullib[us] h[oc] irregularitas his violatoribus apposita est, & non tautat Suar. dicta d[icit] 2.6 sec. 2. num. 6. Filicet. tract. 17. cap. 10. q. 6. num. 18. Bonac. 1. de censor. disp. 3. p. 4. num. 6. & alii passim. Vnde conferentes beneficium, eligentes, sententiam in causa proferentes irregularites non suat, quinimo nec Parochus matrimonio assistens, quia h[oc] omnia actus sunt iurisdictionis, non Ordinis laici exercitum. Deinde non incurrit ob violationem si pensionis beneficio ob eandem rationem, quia non habetur in iure. Sicut notauit Innocent. in cap. cum pridem de renuntiis. Paludan. in 4. diff. 18 q. 7. art. 3. consil. Simon Mariolus. lib. 3. de irregularitate. cap. 19. numero 14. Sayus lib. 4. thesauri. cap. 16. num. 2. Bonac. d[icit] 3. punct. 4. num. 6 in fine. Verùm huic suspensionis violator ipso iure prauatur beneficio, ut deciditur c. 1. §. vlt. de elect. lib. 6 ibi: Ad quia infra illud tempus propria teneritate se ingessit, eius iusfructus sit priuatus. Ut bene notauit Tolet. lib. 1. cap. 45. punct. 4.

7 Alia pena est irritatio, & annulatio actus à suspensiōne prout que pena solum habere locum potest in iis que ab Ecclesia pendent, vii est iurisdictionis, & beneficium, in his ergo suspensiōne si beneficium administratur, & iurisdictionem exercitat in qualib[us] adūm facit, modo ut si penitus denunciatis sit, sicuti ante denunciationem; quia facta denunciatione priuatur potestate omnimoda illis actus exercitio: at ante denunciationem solum impeditur ab illorum exercitio, dum a fidelibus non requiritur, requisitus vero à fidelibus & validis, & licite praeditis actus exercit, idēcō neccellariū est, ut iurisdictionem retineat, sicuti h[oc] ex communi sententiā tradit Henrīq. lib. 1. c. 3. 3. num. 2. & seqq. Suar. disp. 27. sed 2. n. 2. Sayus. lib. 4. cap. 11. num. 5. Bonac. tom. 1. disput. 3. punct. 4. in fine.

P N C T V M VII.

Qualiter sententia suspensionis per applicationem suspendi possit?

- 1 Suspensiōne ante incursionem applicationis potest suspendi.
- 2 Debet esse applicationis rationabilis, & legitima.
- 3 Suspensionem incursam applicatio sussecuta non suspendit.
- 4 Suspensiōne à beneficio per applicationem suspenditur.
- 5 Suspensiōne ab officio, & ab ingressu Ecclesie abfoluit iacta, & incuria, si postmodum à iudice pro alio tempore suspenderatur per applicationem interpositam illo medio tempore, non impeditur eius effectus ex plurimis sententiis.
- 6 Verius est oppositum.
- 7 Suspensiōne ab officio, vel ingressu Ecclesie, que non est censura, sed pena per interpositam applicationem suspenditur.

1 A nequam censura incurriant, conuenient ferē omnes. A Doctores appellationem vim habere suspendendi censura effectum, ex Texiu in cap. ad hoc quoniam. Et cap. pastoralis & verum, de applicationib[us]. Cap. per tuas sententias excommunicat. Et cap. soler. Cap. generalibus eodem lib. 6. eo quod natura applicationis legitimè sit potestitudo iudicis à quo ligate, ne in illa causa veterius pendente applicatione procedere possit, iuxta Texium in cap. si à iudice de applicationib[us], lib. 6. Et licet in iure expressis non sit huic applicationis effectus comparatione suspensionis, sufficit tamen generaliter applicationi hanc vim inesse comparatione cuiuscunq[ue] sententiae. Praterquam quod comparatione excommunicatiōnis incurriant hic effectus expressus est in supradictis texib[us]. Ergo idem erit in suspensione, & iurisdictione, cùm h[oc] censura inter se conuenient. Argum. cap. querenti de verbis significatis. Acque ita tradit Glossa in cap. licet, verbo excommunicatio, de sententiā excommunicat. Panormit. in cap. ad hoc quoniam n. 1. de applicationib[us]. Sylvest. verbo suspensiōne, 9.3. Vgolin. tab. 1. cap. 2. §. 23. num. 9. Bonac. disp. 3. & 1. p. 1. circa finem, & alii communiter.

2 Hac doctrina intelligenda est, dummodo applicatio rationabilis sit, hoc est ex causa rationabili, & legitima: ut habeat cap. cum applicacionib[us]. de applicationib[us]. lib. 6. Nam furius, fruolique applicatio hanc vim non habet, ut colligatur ex dicto cap. cum applicacionib[us]. & cap. inter cetera codicem

Ferd. de Castro. Sum. Mor. Pars V. L.

tit. & cap. pastoralis, §. verum de applicationib[us]. Et tradit Panormit. ibi num. 14. Vgolin. tab. 1. de censor. cap. 13. §. 18. num. 3. 3. Sayt. lib. 4. c. 9. m. 3. Deinde intelligenda est, modò ferens suspensionem non habeat potestatē procedendi in causa applicatione remota; nam sicut ea potestate cum per applicationem non suspendatur iurisdictione iudicis à quo valida erit suspensionis sententia, & effectum habebit, ac si appellatio non fuisset interposita, ut multis comprobatur Felic. in cap. intellexi mus, num. 1. 8. de iudicis. & cap. significauerunt, num. 1. 9. de exceptionib[us]. Vgolin. de censor. tab. 2. cap. 16. §. 7. num. 3. Sayus lib. 4. thesauri. cap. 9. num. 4. Gasp. Hurtado. de suspensiōne difficult. 10. n. 27. Hanc vero potestatē solum habet summus Pontifex, & cui ipse iure vel prīuilegio conuenerit, quia nullus aliis impedire potest effectum à iure applicationi concessum, vt bene tradit Felic. in d[icit] cap. significauerunt.

Si vero appellatio suspensionem incursum subsequatur, nullatenus suspensionis eff. solum suspendit, quia secum trahit executiōnem. Argum. a cap. pastoralis, quod in suspensione ab officio, & ab ingressu Ecclesie certissimum est, ex decisione textus in cap. is cui de sententiā excommunicat. lib. 6. & ibi Glossa verbo sequentem. Ex quo Texto probabilitē inferunt reliquias suspensiones, tamē si de rebus spiritualibus sint, per applicationem subsequenter suspendi posse; si quidem de sola suspensione ab officio, & ab ingressu Ecclesie statuitur per subsequentem applicationem non suspendit, h[oc] enim exceptio firmat regulam in causib[us] non exceptis, sicuti notauit Gasp. Hurtado, tract. de suspensiōne difficult. 10. num. 27. Tamē Doctores temp[or]e Glossa in dicto cap. is cui, verbo sequentem Innocent. & Panormit. in cap. ad hoc quoniam de applicationib[us]. Sylvest. verbo suspensiōne, quest. 3. Tabienus n. 9. vers. octauo. Viuald. canticus. aur. tit. de suspensiōne, n. 13. 5. Say. lib. 4. thesauri. c. 9. m. 3. communiter conseruant suspensionem à rebus meis spiritualibus per subsequentem applicationem non impedit, eo quod: eadem sit ratio in his suspensionib[us]. ac in suspensione ab officio spirituali, & ingressu Ecclesie. Quod certe non convincit, nam in penis non est ob identitatem rationis extensio ultra casus expressos facienda.

Hinc inferunt suspensionem à beneficio per applicationem suspendi, quia non continetur sub suspensione ab officio, & ingressu Ecclesie, quae excepta sunt in d[icit] cap. is cui de sententiā excommunicat. in 6. sicuti notauit ibi Ioann. Andreas, & Glossa verbo sequentem. Innocent. & Panormit. in dicto cap. ad hoc quoniam, numer. 1. de applicationib[us]. Angel. verbo suspensiōne 2. num. 1. Sylvest. eodem, quod Henrīq. cap. 3. 4. num. 4. Aulia 3. part. de censor. disp. 3. dub. 4. Tolet. liv. 1. c. 4. in fine. Sayus lib. 4. thesauri. cap. 9. num. 10. Secundo inferit Narrat. lib. 1. confit. tit. de elect. con. 8. Suspensionem ab administratione beneficij, à voce actua, & passiva per applicationem subsequenter suspendi; quia non sunt suspensiones ab officio, & ingressu Ecclesie. Quod verum censio de administratione beneficij, & electione passus; at electione actua cum sit actus officii, & iurisdictionis, nequivit per applicationem subsequenter suspendi.

Superest tamen duplex difficultas. Prima, an suspensione ab officio, & ab ingressu Ecclesie absolute lata, & incuria si postmodum à iudice pro aliquo tempore interpositam, impeditus eius effectus. Negant Innocent. in cap. cum inter de censor. Bald. in leg. cum aliis, cod. si à curat. furios. Et in leg. fin. verbo, & circa hoc fuit dubium. Cod. si à non competenti iudice. Vgolin. de censor. tab. 1. cap. 9. 5. 11. num. 10. & alii relati à Gloria, & Panormit in cap. ad hoc quoniam de applicationib[us]. Monentur ex eo quod illa censura iam est incuria, & secum trahit executionem; tamē ex benignitate iudicis pro aliquo tempore suspenderat eius effectus.

Ceterū verius est per applicationem interpositam illo medio tempore quo censura suspensa est, impedit illius effectum, que sicut sententia Glossa in dicto cap. Ad has quoniam, in verbo interdicti eius. Et in cap. dilectus, verbo suspendendus, de applicat. Panormit. in dicto cap. ad hoc quoniam, num. 5. Angeli, verbo interdictum 2. num. 4. Tabienus interdictum 1. §. 5. Federici de Senis, cons. 2. 8. Rote Romane de c[on]f. 4. 3. de sententiā excommunicat. Alteris de interdicto, disp. 1. 1. cap. 15. sub finem. Sayt. lib. 4. thesauri. cap. 9. num. 14. Bonac. 1. de censor. disp. 3. de suspensiōne pun. 1. circa finem. Et colligitur manifeste ex cap. dilectis de applicationib[us]. ubi quidam Decanus qui sententiam interdicti valerat, cām que pro aliquo tempore suspendebat, reprehenditur à Pontifice, eo quod applicatio illi medio tempore interposita non deculerat. Sicut ergo Pontifex & applicationem legitimè interponi, & efficaciter esse à censura effectum impedirendum. Praterea applicatio vim habet suspendendi censuram, quando secum non trahit executionem, et sicut in suspensione iudicis censura non secum trahit executionem, siquidem suspensiōne sequē liber est ab effectibus censuræ, ac si nunquam ea astrinxerat. Deinde si suspensionem tulisset sub aliqua cōdicio[n]e, non est dubium ante conditionem appositam applicatione

N. 2. suspensiōne

P V N C T V M IX.

De absolutione, vel dispensatione suspen-
sionis.

Suspendi posse, quia usquequid condicio ponatur; censura non
habet effectum. At cum censura pro aliquo tempore suspen-
ditur effectum non habet, quousque tempus illud clapsum
sit, ergo interim appellatio impedit potest, ne effectum
clapsi illo termine habeat.

Secunda difficultas est; An suspensio ab officio, vel in-
gressu Ecclesie quae non est censura, sed pura pena in puni-
tione delicti apposita, per sequentem appellationem impe-
diatur eius effectus? Ratio difficultaris est, quia Textus
in dicto cap. is cuius de sentent. excommunicat. lib. 6. absolute
decidit per sequentem appellationem non suspendi suspensionem
ab officio, & ingressu Ecclesie. Ergo quocunq[ue] mo-
do suspensio apposita sic sive in correctionem delicti, sive in
illius punitionem subsequenti appellatione non suspen-
ditur, quia secum trahit executionem. Nihilominus Ab-
bas in cap. 2. de clericis excommunic. ministr. num. 2. Et in cap.
sap. num. 16. de appellationib. merito affirmat suspensionem
qua est pura pena per sequentem appellationem suspendi,
textumque in dicto cap. is cuius intelligi de suspensione tantum
qua est censura. Et probari potest, quia Textus eam suspen-
sionem ab officio, & ab ingressu Ecclesie decidit subsequen-
ti appellatione non suspendi, quae excommunicationi est
similis, ut confit ex illis verbis, sicut excommunicatio. Et
At excommunicatione numquam induit rationem pura penae,
sed semper reinet naturam censuræ. Ergo pro sola suspen-
sione qua censura est intelligitur prædicta Textus decisio.
Deinde odiosum est negare appellatione hanc vim, & efficaciam
impediendi effectum sententiae latet. Ergo dum manifes-
to Textu, vel ratione non consumimur, assertendum non est.

P V N C T V M VIII.

Qualiter suspensio semel inculta suspendi
possit?

1. Absolutione, vel dispensatione suspenditur.
2. Manente suspensiō eius effectus. Et obligatio suspendi potest
ab Pontifice, ab aliis affirmant plures.
3. Verius est a solo Pontifice suspensiōis effectu suspendi posse
illa manente.

Non est dubium absolutione, vel dispensatione suspendi
haec censuram posse, ut suspenditur excommunicatione
in c. cum voluntate. Et t. responsu de sententiā excom. Et c. olet,
eod. in lib. 6. Et inter dictum, in c. quod in te de pœnit. Grimisso-
nib. Et c. non est vobis de sponsalib. Et c. permittimus, de sent.
excom. Et cap. fin. eadem tit. lib. 6. Nam haec censura, & pena
non sic deliquentem afficiunt, quia aliqui via tolli non pos-
sunt, quia non est alia quam absolutione, vel dispensatione.
Hæc namque sicut dari possunt ab solle, sic pro limitato tem-
pore, & ad reincidentiam.

Dificultas autem est, an manente suspensiōe possit illam
ferens eius effectum, & obligationem tollere, ac si de facto
ipsa censura sublata esset. Et de Pontifice nemo est qui du-
bitet, cum ex eius voluntate, & institutione censuram effec-
tus, & obligatio pendeat, ut tradit Gioffra in cap. ad hac quo-
nam, verbo interdictione de appellationib. Innocent. in cap. ad
monasterium de Regularib. Panormit. in cap. nonnulli num. 1.
de sentent. excommunicat. Felic. in cap. 1. num. 11. de Constitu-
tionib. & alij. De aliis à Pontifice docere videntur Innocent.
in cap. cum inser. de confutatib. Panormit. in cap. ad hac quo-
nam n. 1. & cap. dilectus, n. 2. de appell. Sayrus. lib. 4. thesaur. 1.
cap. 10. & 13. Mouenit, nulla ex faciliitate Pontificis manife-
stum est posse prædictum effectum & obligationem suspendi,
sed hanc potestem conceleste colligitur ex cap. dilec-
tus de appellationib. vbi Decanus suspendit interdictum à se
latum, cuius suspensiōem non improbat Pontifex. & in cap.
Alma mater de sentent. excommunicat. lib. 6. suspendit inter-
dictum pro aliquibus festiuitatibus. Ergo similem suspensiōe
potest suspensiō.

Ceterum verius existimat effectum suspensiōis suspendi
non posse ab alio, quam à Pontifice ipsa suspensiōe manen-
te, sicut ex omnibus censuris generaliter docui. hoc eti. dis-
pus. 1. punct. 9. Mouenit, quia inferior nequit superioris decre-
tum, & institutionem mutare, ut variare ex cap. cum inferior,
de maior. & obediens. At ex decreto, & institutione Pontifi-
cis suspensiō, & qualibet alia censura dum de facto est, suum
effectum habet, & obligationem inducit ergo inferior Pontifex
nequit hunc effectum, & obligationem a suspensiōe, aliae
censura separare. Quod si dicas id verum esse pro-
pria auctoritate, secus auctoritate Pontificis? Obstat quia ex
nullo texu vel ratione colligitur Pontificem hanc Prælatis
interdictibus tribuisse potestem. Nam in cap. dilectus de appell.
non effectus interdicti manente interdicto, sed ipsum inter-
dictum suspendit pro aliquo tempore iterum apponendum.
In cap. alma mater, ab plorier Pontifici est sit suspensiō, & forte
non effectus interdicti tantum, sed ipsius interdicti.

1. Suspensiō lata pro determinato tempore, vel sub aliqua con-
ditione clapsi tempore, vel conditione adueniente cessa-
bit, abque absolutione.
2. Intermedio tempore solum ab eo tolli potest, qui suspensiōem
tolist.
3. Suspensiō sub expressa conditione, ut in perpetuum duc-
nequit ab inferiori relaxari.
4. Suspensiō lata à iure absolute ad comprehendendam aliquid
consumaciam, potest ab Episcopo relaxari.
5. Latet in puram penam negant plures ab Episcopo tolli
potest.
6. Oppositum videtur probabilitas.
7. Speciatio Conc. Tridentini decreto à qualibet suspensiōe
possit Episcopi absoluere per se, vel suos virarios, donec
modi ex delicto occulto pronuntiat.
8. Speciatio iure communis nullus Sacerdos iurisdictione in suo
externo carens, à suspensiōe absolute potest.
9. A suspensiō ab homine lata regulariter solum ille, seu ius
successor in dignitate absoluere poterit.
10. Nulla ius forma praescripta in suspensiōe absolutione.

In initio huius disputationis dixi suspensionem alias esse
censuram, & in correctionem inobedientiæ latam; alias
puram penam in punitionem delicti appositam, & hac al-
quando fertur pro determinato tempore, aliquando abque
vila temporis determinatione, aliquando in perpetuum.

Suspensiō lata pro determinato tempore, vel sub ali-
qua conditione, aut conditionis cessat one, tempore clapsi,
vel conditionis cessatione apposita abque vila absolutione
cessat; quia ultra intentionem feientis progrederi nequit, ut
tradit Gioffra in cap. sap. 6. verbo donec de eiusdem. Et in Cap. 1.
verbo donec, de Decimus. Panormit. cap. 1. num. 6. & Felic.
num. 7. de Iudicis. Graffis lib. 4. decisi. cap. 25. num. 14. Valen-
tiat. 4. disput. 7. quaf. 18. punct. 1. Couarr. 4. decret. 1. p.
cap. 6. in princ. numero 18. & 19. Nauarr. cap. 27. numero 161.
Henriq. lib. 1. cap. 33. numero 2. Sayrus lib. 4. cap. 17. num-
ero 2. & 3. Suar. dis. 2. p. 1. f. 1. Aula 3. p. 1. dis. 6. sub. 1.
Galpat Hurtado tract. de suspensiō. f. 12. num. 2. Coninch.
dis. 1. p. 2. 5. dub. 4. num. 30. Bonac. a. 1. p. 3. p. vlt. num. 1. Et alijs
passim.

Illi autem intermedio tempore, seu ante impletam con-
ditionem tolli suspensiōe per dispensationem potest ab eo qui
eam tulit, non autem ab inferiori. Quidam suspensiōem
latam in iure communis ad certum tempus nequit alias a Po-
nifice speciatim iure antiquo tollere, seu relaxare ante tempus
finium, ut tradit Gioffra communiter recepta in cap. caput.
§. ceterum, verbo suspensiōe de ecl. lib. 6. Et in Clement. 1. §. 7.
verbo excommunicat. de hereticis. Paludan. 4. p. 1. 18. q. 7.
art. 3. c. m. 11. Sylvestr. verbo suspensiōe. 9. 8. ver. teritum. Cour-
ro. 4. decret. 2. p. cap. 6. num. 14. Sanch. lib. 3. de matrim. dis. 1.
Sayrus lib. 4. cap. 17. num. 10. Etenim Ponifice suspensiōem pio-
illo determinato tempore intendit, ut suspensiōe toto illo
tempore dureat, id est censendum est relaxacionem inferioribus
impedit; alias effectus huius suspensiōis, & intentio
Pontificis fructuaretur, si ab Episcopo remitti posset. Quod
ad eum verum est, ut si à iure decreta haec suspensiō annulis, vel
triennalis pro aliquo delicto ab Episcopo imponenda, nequit
Episcopu cam imponendo minuere, vel impedit relaxare,
quia ipsi solum concilia est suspensiōis impostio, non illius
duratio, hæc enim à Pontifice iuri condire determinata est
in quo iure nequit inferior dispensare, luxa leg. 1. f. 1. ad
suspensiō. Turpilian. Secundus est si iure suspensiōis tempus
non prescriptum, sed solum statuerit pro delicto suspensiō
non imponi, nam ex ea causa poterit Episcopus imposita suspensiō
pro alio quod determinato tempore ante illud finium re-
laxare, quia poterit à principio eam suspensiōem non tax-
rendre. Sicut tradit Suar. dis. 2. f. 1. num. 20. Paul.
Layman. lib. 1. un. tract. 5. par. 1. cap. 4. num. 3. Gaspar. Hurtado
tract. de suspensiō. f. 12. num. 32.

Suspensiō sive à iure, sive ab homine lata sub expresa
conditione, ut in perpetuum dureat, manifestum est ab infe-
riori relaxari non potest, quia inferior nequit superioris flan-
ta derogare; sicut notauit Panormit. cap. 2. de solutione. num. 5.
Sylvestr. verbo suspensiōe. 9. 8. Nauarr. cap. 27. num. 16. Sayrus lib. 4.
thesaur. cap. 17. num. 18. Layman. lib. 1. summ. tractat. 5. par. 1.
cap. 4. num. 3.

Verum si suspensiō lata in iure fuerit absoluere ad compi-
mentandam aliquid consumaciam, seu in illius correctionem
ab solle ab Episcopo, seu eius vicem gerente poterit, dummo-
do Pontifex absolucionem sibi non referuant, & suspensiō
à consumacia recesserit. (Nam in illa perlegerat, à neque
debet